

presen]tibus pacem et salutem in perpetuum. Ex suscepti solitudine moderamin[is
domino deo et precioso martiri Ge]orio recongnoscimus nobis imminere, | [quod ecclesiis
i]nfra principatum nostrorum terminos constitutis debeamus pervigilem curam gerere et
[contra quelibet adversa nostram^a] [parvam defensionis sagaciter | [opponere. Notum
5 itaque fieri volumus omnibus Christi fidelibus, quod ad petitionem venerabilis preposi[ti
Theoderici et sanct]imonialium et fratrum in Vchtrichshusen ex consensu predilectę
matris nostrę Sophię, uxoris nostrę Elisabeth, fratrum nostrorum Heinrici R[asp]e[n] et
Cünradi ibidem presentium et universorum coheredum nostrorum liberaliter consensimus,
contulimus et concessimus intuitu sanctarum orationum predictarum sancti[monialium, ut,
10 quicquid] iuris haberemus ratione hospicii vel [cuiuslibet] alterius rei in quinque mansis
habitis a memorato conventu in villa Riethn[orthusen, libere], prorsus ab omni inquie-
tatione in perpetuum [possideren]t. Hanc igitur donacionem per nos rationabiliter factam
in presenti pagina scribi et [impressione sigilli nostri cum test]ibus subscriptis muniri
[precepimus vo]lentes eam ratam et perenniter inconcussam perma[nere.] Hii test[es
15 affuerunt: Heinricus comes de Stalberg]. Guntherus comes de Keue[rnberg. Lutolfus
de Alr]estete. Vdelricus de [Tulstete. Rudolfus pincerna de Vargla. Hermannus
dapifer de Slatheim. Hein]ricus marscale[us de Eckartes]bere. Hein[ricus camerarius
de Uanre. Friedericus de Ratolferoth. Waltherus de Tennestete]. Iremfridus de
Sumeringen [et alii qua]m plures. Acta sunt hec anno dominice in[carnatio]nis [millesimo
20 ducentesimo vicesimo quin]to, indictione tertia decima; [datum per] manum notarii nostri
Henrici in Novo Castro octavo [idus novembris.]

(SD.)

346.

*König Heinrich VII. errichtet auf Bitte des Bischofs Albert von Livland eine Mark für das ganze
25 Gebiet von dessem Bisthum u. a. — Zeuge: Landgraf (Ludwig) von Thüringen.*

Nürnberg, [1225] Dez. 1.

*Hdschr.: Or. Perg. K. Oeffentl. Bibliothek zu Petersburg. Das S., an gelben und rothen Seidenfäden, verloren.
Faksimile in Mittheil. aus dem Gebiete der Gesch. Liv-, Esth- und Kurlands 3,319 (mit Faksimile).*

Gedr.: v. Bunge, Liv-, Esth- und Curländ. Urkundenb. 1,71 (mit 1224). Böhmer-Ficker 3995.

30 *Ann.: Eine Jahreszahl findet sich nirgends. Ueber die Richtigkeit der Einordnung kann nach der Indiktion und nach
Feststellung der Hochzeit König Heinrichs (cf. Böhmer-Ficker a. O.) kein Zweifel mehr sein.*

— — Huius nostre concessionis testes sunt: Treverensis et Salceburgensis
archiepiscopi. Herbipolensis, Augustensis, Bauenbergensis, Bazowigensis et Fistadensis
episcopi. Austrie, Saxonie, Bawarie et Carinthie duces. Langravius Thuringie et alii
35 quam plures principes, nobiles et imperii ministeriales. Datum apud Norenberg kal.
decembris, indictione XIII.

(SD.)